

vitam æternam obtainendam. De quo
amplius dicam lib. 2.

CAPUT XLII.

IN QUO RATIO ORDINIS PRIMI
libri redditur, simulq; docetur, vitan-
dam esse spiritualem superbiam; ad-
hæc nulla vera & cœlestia dona absq;
oratione posse obtineri.

I. Cor. 4. *Quid habes, quod non ac-
cepisti? Si autem accepisti, quid
gloriaris, quasi non acceperis?*

Priusquam huic libro finem impo-
nam, facturus mihi opere pretium
videor, si lectorem meum de duo-
bus capitibus admonebo. Primum est,
quod per totum hunc librum Pœni-
tentiam cum suis fructib⁹, puta reno-
vatione in Christo, mortificatione car-
nis, abnegatione sui ipsius, contemtu
mundi, & exercitio charitatis, adeo di-
versimode & copiose descripsi; id sine
causa & temerè à me factum non esse.
**Pœni-
tentia
est ini-
tiū Chri-
stianis-
mī.** Est enim in primis Pœnitentia exordi-
um & fundamentum Christianismi,
vitæ sanctæ & beatitudinis nostræ per
fidem. Deinde vera solidaque consola-
tio in hominis animo cum effectu sen-
tire non potest, qui non ante accuratè
pecca-